

PROF. JOHANN GEORG (VON) ECKHARDT

Fakultät	Philosophische Fakultät
Geboren	1664 in Duingen
Gestorben	1730 in Würzburg
Kurzvita	Mitarbeiter von Leibniz; Phil. Prof. d. Geschichte (1707–1723); Konversion zum Katholizismus und Tätigkeit als Hof- und Regierungsrat in Würzburg (ab 1724); Mitarbeiter von Leibniz
Ehefrauen	Rosita Elisabeth Eckhardt geborene Gerthum, Heirat 1706
Quelle	Ahrens 2004, S. 65 f.
GND	https://d-nb.info/gnd/174040032
Permalink	https://uni-helmstedt.hab.de/prof-56-eckhardt

Lehrstühle

1706–1717 Lehrstuhl für Geschichte, Helmstedt

Akademische Ämter

1715: Universität Helmstedt, Bibliotheksverwalter

Ämter

(nach Konversion zum Katholizismus)

1724: Würzburg, Regierungsrat

Vorlesungen (24)

Jo. Georgius Eccardvs Historiarum Prof. Ordin. Finita Historiae universalis, que tempora nati Christi antecedit, explicatione, perget jam, & Historiam universalem a Christo nato ad imperium Caroli M. consveta methodo publice proponet. Videbunt ibi Domini Commilitonibus Romani imperii florem & interitum; Ecclesiae nostrae parva initia, & subita incrementa, Patrum omnium nec non praecipuorum Haeticum gesta & scripta. Percipient, quicquid unquam eleganter litteris mandatum in Latio, & quomodo tandem eruditio & eloquentia Romana barbariei succubuerint: audient irruptiones nostrae Nationis, hoc est, Gothorum, Vandalorum, Longobardorum, & caeterarum gentium in Italiam: causasque tot in ecclesia & republica mutationem ex ipso intelligunt. [...] Docet publice hora VII., Sommersemester 1707

Privatim autem continuabit Lectiones in Novellas sive Relationes rerum novarum, & Programmate proxime publicando plura de hoc instituto cum iis, quibus illud placet, communicabit., Sommersemester 1707

Privatim etiam Notitiam rei litterariae, usumque Bibliothecarum, bonarum artium cultures candide docebit., Sommersemester 1707

Nec praeterea deerit iis, qui in Geographicis, Genealogis, Heraldicis aliisque suae Professionis partibus ipso direttore progredi cupiunt., Sommersemester 1707

Johan. Georg Eccardus Historiarum Prof. Publ. Ordinarius Historiam Imperatorum Romano-Germanicorum a Sec. XII. ad nostra usque tempora perducet; deinde vero Geographiam sive Historiam Orbis universi ex melioribus Authoribus selectam, praemisso de methodo sua programmata proponet. [...] Docet publice hora VII. matutina., Wintersemester 1710/1711
Privatim ad Notitiam rei litterariae bonorumque Scriptorum introducet [...]., Wintersemester 1710/1711

[...] ac praeterea desideria Studiosorum in Chronologicis, Genealogicis, Heraldicis allisque suae functionis partibus indefessus adjuvabit., Wintersemester 1710/1711

Io. Georg. Eccardus Historiarum Professor Publ. & Ord. Historiam Regnorum in Europa hoc tempore florentium publice proponet. [...] Docet publice hora VII. matutina., Sommersemester 1711

Privatim perget in Historia Imperii Germanici recensenda, cui Lectiones in Historiam universalem, atque alias in Historiam Principum Germanicorum addet, si faverit occasio., Sommersemester 1711

Iis quoque, qui solidorem rerum notitiam sibi comparare cupiunt, expositurus est Historiam Pacificationum novissimarum, a pace Pyrenaea ad proximam usque Risvicensem., Sommersemester 1711

Operam pariter dabit Rei litteraria cognitionem ambientibus, & praeterea diebus Mercurii & Sabbathi Relationes rerum novarum (die Zeitungen) historicis commentationibus explicabit., Sommersemester 1711

Jo[hann] Georg Eccardus Historiarum Prof. Publ. & Ordinarius Historiam universalem a mundo condito ad nostra usque tempora, quam praeterito semestro, aliis historicis rebus jussu Serenissimi Directoris occupatus, exponere non potuit, nunc demum publice praeleget Commilitonibus suis. [...] Docet publice hora VII., Wintersemester 1712/1713

Privatim Notitiam librorum selectissimorum, & Historiam imperii Germanici proponet., Wintersemester 1712/1713

Nec deerit Geographicas, Genealogicas, Heraldicasque institutiones desiderantibus., Wintersemester 1712/1713

Jo. Georg. Eccardus Historiarum Prof. Publ. & Ordinarius publice hactenus exposuit generaliore ad Historiae Germanicum introductionem, quam & typis Academicis exscribi curavit: huic jam specialiorum eadem methodo conscriptam subjunget, atque in ea sedulus tradet, quae circa Status Imperii singulos, praecipue notanda veniunt, additis semper scriptoribus in quavis materia optimis, qui res prolatas ulterius explicarunt. [...] Docet publice hora VII matutina., Sommersemester 1713

Privatim, quantum per negotia a Serenissimis Nutritioribus alias injuncta licebit, in Historia universali, Geographicis, Genealogicis, Heraldicisque & Notitia bonorum Authorum tot annorum studio & sumptibus comparata Commilitones suos exercebit., Sommersemester 1713

Jo. Georg. Eccardvs Historiarum Prof. Ordinarius, quando defunctus fuerit laboribus, qui ipsa a Serenissimis Nutritioribus injuncti sunt, Lectionibus historicis publicis & privatis sedulo insistet & pro temporis ratione argumentum Commilitonibus suis utile seliget. Docet publice hora VIII., Wintersemester 1713/1714

Jo. Georg. Eccardus Historiarum Prof. Publicus Ordinarius Historiae Germaniae medii aevi sedulus operam navabit, juvabitque omni, quo poterit, modo eos, qui literarum Elegantiorum studia cordi habent. Doc[et] publice hora VII., Sommersemester 1714

Joh[annes] Georgivs Eccardvs Historiarum Professor Publicus Ordinarius Superiorum jussu Historiae Potentissimae Domus Brunsvico Luneburgensis operam Hanoverae impendit, vel abstens omni modo bonarum artium cultores consiliis suos adjuturus., Wintersemester 1714/1715

Jo. Georgivs Eccardvs Historiarum Professor Publicus Ordinarius Superiorum jussu Historiae

Potentissimae Domus Brunsvico-Luneburgensis operam Hanoverae impendit, vel abstens omni modo bonarum artium cultores consiliis suis adjuturus., Sommersemester 1715

Jo. Georgivs Eccardvs Historiarum Professor Publicus Ordinarius Superiorum jussu Historiae Potentissimae Domus Brunsvico- Luneburgensis operam Hanoverae impendit, vel absens omni modo bonarum artium cultores consiliis suis adjuturus., Wintersemester 1715/1716

Jo[hannes] Georgivs Eccardvs Historiarum Professor Publicus Ordinarius Superiorum jussu Historiae Potentissimae Domus Brunsvico Luneburgensis operam Hanoverae impendit, vel absens omni modo bonarum artium cultores consiliis suis adjuturus., Sommersemester 1716

Io. Georgivs Eccardvs Historiarum Professor Publicus Ordinarius Superiorum jussu Historiae Potentissimae Domus Brunsvico-Luneburgensis operam Hanoverae impendit, vel absens omni modo bonarum artium cultores consiliis suis adjuturus., Wintersemester 1716/1717

Io. Georgius Eccardvs Historiarum Professor Publicus Ordinarius Superiorum jussu Historiae Potentissimae Domus Brunsvico-Luneburgensis operam Hanoverae impendit, vel absens omni modo bonarum artium cultores consiliis suis adjuturus., Sommersemester 1717

Dissertationen (3)

de origine familiae saxonicae nunc regnantis ... Friderico II. Duci Saxoniae Dissertatio, 1720

Censura Diplomatis Carolini de Scholis Osnabrugensis Ecclesiae Græcis et Latinis, 1721

De antiquissimo Helmstadii statu : dissertatio, 1709

Beteiligung an Dissertationen (1)

Respondent in: De Usu Et Praestantia Studii Etymologici In Historia Dissertatio inauguralis, 04.03.1706

Reden und Programme (3)

Johann Georg (von) Eckhardt: Programma De Historia Universali Contemptum Sui Unidicante, publicis Praelectionibus historicis praemissum., 16.03.1706

Johann Georg (von) Eckhardt: Genuinum stemma desiderianum, in quo non pauci recentiorum historicorum errores ope optimorum et probatissimorum monumentorum deteguntur, et emendantur

Johann Georg (von) Eckhardt: De antiquissimo Helmstadii statu lectionibus publicis cum historiae germanicae lineamenta auspicaretur praemissum

Rechenschaftsberichte

Zeitraum 30.11.1705–30.11.1705

Text MDCCVI Qui praeterita aestate iussu Serenissimi Electoris Brunsvicensis et Luneburgensis et consensu Serenissimis Ducis Brunsvicensis et Luneburgensis Dominorum meorum Clementissimorum Hanoveram ivi, ibique collectioni ac compositioni Historiae Serenissimae Domus operam dedi Helmstadium rediens iussus sum Scriptoribus Brunsvicensibus, qui iam sub praelo fudant, emendandis et ordinandis in cumbere. Iam vero hisce absolutis pro tempore hoc novo cum anno ad lectiones publicas bono cum Deo revertor Iohann Georg Eccardus Historiae Professor Publicus Secundus. Ne tamen plane 'ασυριξολοσ abirem, orationem praeterito anno habitam De usu et praestantia stadiis Etymologici in historia cum notis imprimi curavit.

Quelle	37 Alt 2535; 37 Alt 211 H.2, fol.7; fol.2
Zeitraum	31.03.1706–31.08.1706
Text	MDCCVI Qui praeterita aestate iussu Serenissimi Electoris Brunsvicensis et Luneburgensis et consensu Serenissimis Ducis Brunsvicensis et Luneburgensis Dominorum meorum Clementissimorum Hanoveram ivi, ibique collectioni ac compositioni Historiae Serenissimae Domus operam dedi Helmstadium rediens iussus sum Scriptoribus Brunsvicensibus, qui jam sub praelo sudant, emendandis et ordinandis incumbere. Iam vero hisce absolutis pro tempore hoc novo cum anno ad lectiones publicas bono cum Deo reverturus. Johann Georg Eccardus Historiae Professor Publicus Secundus. Ne tamen plane ἀσυρηβόλος abirem, orationem praeterito anno habitam De usu et praestantia studii Etymologici in historia cum notis imprimi curavit.
Quelle	37Alt, Nr.211, Heft 2 [Akten des Ministerium / Geh, Fol.2
Zeitraum	10.01.1707–31.03.1707
Text	MDCCVII / die 10 Ianuarii Incepi Historiae Universalis Praelectiones et egi de creatione mundi, Adami et Evae historia et qua deus ad gentiles emanarunt ostendi. / die 11 egi de posteris Adami ad diluvium, de causis huius de diluvio ipso iterumque Gentilium de eo sententiis cum Sanctissimos Litteris contuli. / die 13 de confusione et ortu Linguarum variarum et migrationibus gentium. / die 14 de ortu Idololatria inventionemque artium et disciplinarum / die 17 de initio imperiarum, fabulae IV. Monarchiarum, et fabulas gestis Regum Babiloriorem, de circumcissione item Abrahae Sodomae interitu et hanc Asphaltite tractavi, atque ita porro / die 18 res in orbe gestas ab an M. 2127 ad Legislationem Mosis explicam / die 20 de exitu Israelitarum ex Aegypto rebusque reliquis ad an. M. 2498 egi. / die 21 Gentium variarum res et quae praesertim Graecorum historiam Mythicam constituent ad an. M. 2730 consideravi. / die 24 Processi ad explicationem antiquitatum Atheniensium Aegyptiorum Arivorum et cetera. / die 25 Troia excicium inter caetera expendi, illudque nequaquam ita contigisse, ut Homerus et Graecae fabulantur ostendi Aeneae quoque adventum in Italiam dubium esse demonstrandi. / die 27 Gesta ab an. M. 2803 ad an M. 2913 explicavi / die 28 Perrexiet de Davide, Ionibus etc. multa antea iudicta attuli. / die 31 de Templo Salomonico historiam, reluti et quae inter gentes circa eadem tempora accidere. / Die 3. Februarii de Homero, Homeritis, Hesiodo, horumque historia et scriptis egi. / die 4 De Tyris et Didone varia narravi./ Sequenti die Brunsvigam adii et Nundinis publicis interfui ad lectiones publis antem redii. / die 21. Februarii ubi ab Ozhoz: a Rege Iudae temporibus ad conditum circa an. M. 3170 Regnum Macedonicum perrexi. / [v] a primae Olympiade ad Romuli tempora fium narrationis deduxi. / die 24 res gestas Phuli Rex Assyriorum et plurium Prophetarum scripta recensui cum Synchronismis. / die 25 Res ab an. M. 3369 in quem mors Romuli in idit ad annum 3297 enarravi. / die 28 Ob aegram valetudinem non potui legere. / die 1 Martio ad Solonis tempora perveni, ibique de VII sapientibus aliis que Graecae claris viris disserui Eusing. / die 3 Martii ad an. M. 3397 explicando varies res gesta devenui. / die 4 de Agonibus Graeciae, Servio Tullio Aelopo et cetera egi / die 7 Pisistrati et Cyri res docui. / die 8 Nemo me auditum venit, Bacchanalia credo duos studiosos celebrasse / die 10 de variis viris eruditis, item Crasso et Phalaride disserui./ die 11 Alios

eruditos Graecos et Confutium Sirensem philologiam eiusque cultum, notos redidi auditoribus rex / die 14 et 15 Ob Capitis dolorem nimium lectiones duos intermisi. / die 17 de reditu Iudaeorum ex captivitate Babylonica et de contemporareis rebus egi et ad an. M. 3463 / die 18 Pythaograe vitam et scripta Pythaogricorum nec non doctrinam commemoravi aliaque gesta ad annum regis M. 3490 / die 21. ad an. M. 3498 perveni. / die 22 Xerxis praecipue res et alia ad an. M. 3519 exposui, fabulamque inter hac de CCCVI. Fabiis una calde occisis refutavi. / die 24 Historiam orbis ad annum M. 3530 dedux / die 25 Erat Festum Annunciationis Mariae. / die 28 de Herodoti temporibus, ipsoque Herodoto et scriptis eius varia notabilia in medium attuli. / die 29 Historiam Legis Terentiae de quaeque prioris Legibus antiquorum Urbis Romanae, inter quos primos L.L.XII. Tabularum decual, explicavi. / [11 r] / Die 31 ex Historia litteraria Graecorum varia data occasione depromsi de Philosophis, Poetis et Oratoribus, inter quos circa hoc temmporis spatium eminent Sacrates Gorgsios Lysia Aristophanes et Euripides. At quis omnia recenseret tam paucis pharis qua ex Historiae Ecclesiastica, Civili et litteraria protuli? Iohannes Georgius Eccardus Historiarum Professor Publicus et Ordinarius

Quelle 37 Alt 2536; 37 Alt 211 H.3, fol. 11-12; fol. 2-3

Zeitraum 31.12.1707–29.02.1708

Text Per anni 1708 Menses Ianuarius, Februarius et Martius, ut et per antecedentis anni ultimos menses Hanoverae iussu Serenissimorum Nutritorum Academiae nostrae Historiam Brunsvicensem et Luneburgensem, qua ibi elaboratur promovere debui, ut adeo, invitus quamvis, non potuerim Lectionibus publicis vacare. Inposterum ab illo negotio liber, et publice et privatim sedulo, quod mei officii est, persequar. / Ioannes Georgius Eccardus Historiarum Professor Publicus Ordinarius

Quelle 37 Alt 2537, 18

Zeitraum 23.04.1708–29.06.1708

Text Anno 1708 / Die 23 Aprilis in Explicatione Historiae Universalis perrexi, et quidem incepti ab imperio Pertinacis, hoc est, anno Christi 192, et perveni ad annum 217 / die 24 ad anno 235 / die 26 ad annum 254 / die 27 ad annum 260 / die 30 ad annum 275 / die 1 Maii ad annum 291 / die 3 ad annum 304 / die 4 ad initia imperii Constantini Magni perrexi. / Diebus Sequentibus iter necessarii de causis Brunsvigam suscepi. / die 10 incepti imperium Constantini Magni egi e proelio cum Maxentio, et ostendi ex genuinis monumentis, signum crucis a Constantino in coelo visum, fuisse sectionem circularum solarium, quales saepe visi. Hac occasione de veneratione crucis, et haeresis Arii principiis tractavi. / die 11 de synodo Nicaeana et quas Ecclesias Constantinus Magnus fundaverit, narravi. / die 14 Festus dies erat. / die 15 de fundatione Constantinopoleos, et translatione sedis imperatoriae, de morte Constantini, divisione imperii, de Athanasii rebus, et Photini haeresi egi. / die 17 Erat festum Ascensionis Domini. / die 18 Ab anno 344 ad 357 perveni, ab de Arianorum variis confessionibus et synodis, de morte Constantis, de patribus Athanasio, Eusebio Vercellensi, Hilario et reliquis actum. / [v] / die 21 de rebus sub Iuliano Apostata eius in Ecclesia et imperio gestis. / die 22 de rebus ab anno 363 ad anno 367 notabilibus dixi, ubi vitas et scripta patrum Basilii

Quelle	Magni Gregorii Nazianzeni, Damasi, Didymi Ruffini etceteri recensui. / die 24 ab anno 368 ad 379 / die 25 ad anno 388 perrexi. / Tum incidebant Feriae Pentecostales, quibus peractis / die 4 Iunii ab anno 389 ad finem IV. seculi narrationem deduxi. / die 5 ad anno 415 perveni. / Post haec morbus uxoris gravissimus me adegit, ut Brunsvigae per octiduum commorarer. / die 18 res ab anno 416 ad 437 explicui, ubi praecipue ostendi originem peregrinationum sacrarum (der Walfahrten) item cultus reliquiarum primordia, Hunnorum origines et Attilae gesta, egi item de Vincentio Verinensi et Verinensibus Theologis aliis. / die 19 ad annum 448 perveni. / Hinc raucedo nimia quatuor lectiones impedivit. / die 28 ab anno 449 ad 455. / et die 29 ad 465 perrexi. / Iohannes Georgius Eccardus Historiarum Professor Publicus Ordinarius 37 Alt 2537, 19
Zeitraum	02.07.1708–07.09.1708
Text	Lectiones Historicae per menses Iulium, Augustum, Septembrem / anni 1708 / die 2 iulii erat festum visitationis Mariae / die 3 Historiam Universalem enarravi ad annum usque 476, sive usque ad finem occidentalis imperii et depositionem Augustuli. / die 5 Herulorum et Ostrogothorum res enarravi. Ubi Theodorici Veronensis historiam explicavi, nec non origines et res gestas Burgundionum. / die 6 de Synodo Chalcedonensi egi, item de Melchitis, Eutychianisque qui postea Iacobitae vocati. Eorum placita recensui, et Maronitarum sectam memoravi. / diebus 9 et 10 erant nundinae. / die 12 Zenonis et Theodorici Regis Ostrogothensium res enarravi. / die 13 Anastasii Imperatoris gesta protuli. Dixi quoque de Clodoveci regis Galliae gestis et baptisate, Occasioneque hac in fanationem miraculosam strumatum Regum Galliae, in ampullam Rhemensem, auriflammam et alia curiosa inquisivi, fabulasque refutavi, originem pariter insignis Galliae Ciliacei exposui et historiam universalem ad annum 527 deduxi. / die 16 perrexi eo in argumento et res gestas usque ad imperium Iustiniani recensui. Actum etiam de Prisciano Grammatico et Boethio Philosopho. / die 17 de Iustiniani initiis egi et historiam Iuris Romani ab origine prima censui. / die 19 in historia iuris perrexi. / die 20 Historiam Iuris Romani ad nostra usque tempora breviter deductam absolvi. / die 23 erat mutatio Vice-Rectoratus. / die 24 De Iustiniani vitiis et virtutibus, de eius intimis Triboniano Ioanne Cappadoce, ducibus item Belifario, Narsete, de bellis eius Gothico, Vandalico, Persicoque tractavi. / die 26 Dei Origenianistis, Agnoetis et tribus capitalis, horumque in V. Synodo Oecumenica damnatione, de fine Imperii Gothici in Italia, et de Alamannorum atque Francorum rebus locutus sum. / [v] / die 27 de Procopio, Agathia historicis, de conversione Anglorum et aliis rebus gestis ad annum usque 565 egi. / die 30 de Exarchatu in Italia instituto. De Origine et irruptionibus Avarum, de origine Longobardorum, de occupatione Italiae de Gregorii Magni et Evagrii vita et scriptis, et de Mauriti imperio dixi. / die 31 de Heraclii gestis, de crucis exaltatione, de expeditione eius in Persas, de Francorum rebus, de Mahomete et Hegira eius doctrinaque nova. / die 2 Augusto persecutus sum historiam doctrinarum Mahometis et earum propagationes / die 3 de Morte et Sepultura venerationes Mahomedis, eius Al Corani editionibus variis, placitis historiae sermones habui. / die 6 de successoribus Mahometis, origine Turcarum, variis tempora computandi modis apud Persas, Heraclii reliquis gestis, Monothelitarum sub eo ortorum haeresi et turbis, nec non synodis ea

propter habitis, de rebus quoque Regum Francorum Dagoberti et filiorum locutus sum. / die 7 Saracenorum sub Muavia Califa gesta et Hali Persarum doctoris principatum enarravi ubi breviter differentias religiosas inter Turcas et Persas docui. / die 9 Constantini Pogonati acta explicavi, de igne graeco eius tempore invento egi, et quae eius Materia fuerit ex Arabum Scriptis exposui. / die 10 Bulgarorum origines, synodi VI Oecumenicae actas Synodum Trullanam, cuius occasione occidentalis Ecclesia ab orientali secessionem fecit, nec non Marduitarum fortia facta exposui, quos eodem cum Maronitis fuisse ostendi / die 13 et sequentibus erant nundinae Brunsvicenses. / die 20 Genealogiam Regum Merovingarum repetii, causas ablatae ab eis potestatis regalis aperui. De maioratu domus in Francia egi et origines familiae Carolinae ex recentioribus genealogis Gallicis Sammarthanis et Buchetio deduxi. / die 21 de Occupatione Hispaniae per Mauros, Maurorum in Hispania dominatu, Mosaratibus, horumque missa adhuc Toleti usitata de Iustiniano Rhinotmeto tractavi. / [21r] / die 23 varia orbis memorabilia ad annum 716 narravi. / die 24 Caroli Martelli vitam et gesta Sancti Bonifacii Willibrodi et Gregorii item II. Papae explicavi, ac de origine controversiae iconomachitae sub Leone Armeno locutus sum. / die 27 Beda Venerabilis vitam et scripta, ortum regni Asturiensis in Hispania sub Pelagio, originem controversiarum Papparum cum Imperatoribus orientalibus et cum Regibus Longobardicis, contra quos Francos evocaverunt, explicui. / die 28 vitas Gregorii III. et Zachariae paparum, Constantini Copronymi Imperatoris et filiorum Caroli Martelli, Pippini et Carolomanni recensui; Luitprandi item Regis Longobardorum et successorium gesta / die 30 De Eutychie ultimi Exarchi expulsionem et fine Exarchatus sive potentiae Imperatorum Orientalium in Occidente, reliquisque memorabilibus ad annum usque 763 egi. / die 31 de Synodo Gentiliacensi et controversia ibi inter Graecos et Latinos circa symbolum Nicaeanum orta; de Stephano III. papa, filiisque Pipini, Carolo et Carolomanno duxi. Narravi pariter victorias Caroli in Italia et finem in ea Longobardici regni. / die 3 Septembri Pauli diaconi et Alcuini vitas et scripta, Leonis Porphyrogeniti acta, et Bulgarorum turbas enarravi. / die 4 de Irenae Imperatricis actis et consiliis, de coniungenda orientalis et novi occidentalis Imperii potentia, de bellis Caroli Magni italicis, Saxonisque et aliis in orbe memorandis ad annum usque 792 tractavi. / die 6 de viris celebribus Georgio Syncello, Ioannibus Scotis, Claudio Taurinensi, Felice item Urgelitano et Elipando Toletano haereticis, Synodoque Francofortana, Synodo Nicaena II. nuper habita, opposita egi, imaginumque historiam absolvi. / die 7 Historiam translationis imperii ad Francos, coronationemque Caroli Magni in Imperatorem proposui. De iure quoque huius translationis egi et tandem causas decrementi Imperii Orientalis ad captam usque a Turcis Constantinopolin breviter tradidi. Atque ita pendum, quod propositum erat, absolvi. / Ioannes Georgius Eccadus Historiam Professor Publicus Ordinarius

Quelle 37 Alt 2537; 37 Alt 211 H.3, 20-21; 4-5

Zeitraum 12.10.1708–14.12.1708

Text Lectiones Historicae per menses Octobrem, Novembrem, Decembrem anni 1708/ Ut languentem ad historiarum studium diligentiam paulisper excitarem, Collegium in Novellas sive Relationes rerum novarum incepti, et / die 12 Octobris de methodo mea et huius instituti utilitate dixi / die 15 erat Natalis

Academiae Iuliae / die 16 Origines belli praesentis inter Foederatos et Galliae Regem breviter exposui. / diebus 18 et 19 in eadem materia perrexi. / die 22 Sardiniae et Minorca historiam Buflerii et Equitis Lucemburgii natale, et res gestas, Flandria item universae et urbis in ea insulanae brevem descriptionem dedi. / die 23 Ostendam urbem, Genuensem Rempubicam et huius urbem Savonam, castelliue Sancti Angeli, Originem delineavi. / die 25 Ducis Guastallae genealogiam et iura in Bozzolam et Sabionettam, titulum Alcadae Hispanicum explicavi; de Comitatu Ribagortiae et Soprarbiae; de vita et gestis Marescalis Batavi et Overkerk; de gestis item et Stemmatae Comitatus obtingentis egi. / die 26 De directorio rerum Ecclesiasticarum apud Evangelicos Ablegatos ad dietam Imperii; de obitu Comitissae Sussionensibus, et qui inde procedunt, Principibus actum; et de ratione, qua captivi per Missionarios in Mauritania redimantur tractavi. / die 29 Deduxi Principum Frisiae successionem iura et ditiones; Regis Prussiae iura in successionem futuram Meclenburgicam; vitam et gesta Cardinalis Saxo-Cizensis, tandem Neoheuselii, Leopoldinae et Grani situm et historiam dedi. / die 30 De Comitibus Lippiensibus, diversisque horum lineis, de vita et meritis Cardinalis Germanii; de Generali Palfio, eiusque familia, de Hussaris item, Coruzis et Razianis egi. / [r] / die 1 Novembris Regni Neapolitani et civitatis historiam et quo iure ad Austriacos devenerit, exposui. De Cardinalibus Carpegna, Pamphilio, Marescotio, Acciasolioque [id est: Aquae solis = Bath) dixi; et Cossacorum origines et statum praesentem delineavi / die 2 De Cosaccorum regione, quae est Ukraina, Trans-Boristhene, de via militaris Suecorum in Miscoviam de Occa fluvio, de urbibus Novogrodus, de moneta Moscorum, de Ordine Equestri Sancti Andreae tractavi. / die 6 De vita et actionibus Czari, de urbe et Ducatu Smolenskaviae, de fortalitiis Fenestrellarum et Exiliae a Sabando captis, de Susa item et Pinarolo; et de notabili terrae motu in Provincia, quo prope Manuescam mons disiectus et absorptus est, locutus sum. / die 8 De Controversiis Imperatoris cum Papa circa dominium directam in Parmam, Placentiam et Comaelum, reliquoque Ducatus Ferrariae loca disserui. / die 9 De praetensione ducis Modenensis in Ferrariae Ducatum egi, et quomodo Principibus Estensibus olim a Clemente VIII ereptus fuerit, ostendi. Dixi quoque de Principe Chimacensi eiusque progenitoribus. / diebus 12 et 13 erant nundinae. / die 15 De familia Principis Lumbergii et de Landgrafiatu Leuchtenburgio, ipsi in Feudum dato, de Ducis Meclenburgici in eundem Landgrafiatum praetensionibus, atque de Cardinale de Medicis, Medieorumque familia narravi. / die 16 Perrexi in historia Principum Mediceorum, eorumque potentiam exposui, tum de territorio et urbe Bonoiensi notabilia quodam protuli. / die 19 Occasione circumlatae imaginis Beatae Mariae Virginis inquisivi, an Lucas potuerit pictor fuisse, fictitiasque imagines refutavi; de Bentivoliorum familia, et inter caetera de Guidone Bentivolio Cardinali, de castello Bondeno, de commercio salis, quod Hollandicum Lusitanis habent, de portu Setubaliensi, de provinciis Regis Daniae Selandiae, Iutlandia, Stormaria tractavi. / [23r] / die 20 De castris Lusitanicis, Elvis et Olivenza, aliisque, de insulis Azoribus; de ortu et differentia Episcopalium et Presbyterianorum in Britannia locutus sum / diebus 22, 23 et 26 aegrotavi. / die 27 Historiam vitae et mortis Georgii Principis Danici exposui. Egi quoque de dignitate et officio Magni Admiralli Magnae Britanniae de morte et genere Henriettae Catharinae viduae Anhalto-Dessaviensis eiusque liberis, de classe Hispanorum argentum adducente de moneta

Hispanorum et in specie de partibus de octo sic dictis, de adventu Reginae Portugalliae Ulissiponem egi, et descriptionem certaminis taurorum dedi. / die 29 Egi de insulis Americae, quae Sottovento vocantur et singulatim de insula Battavorum, Curacao; de familia Tilliorum et de gestis Claudii Czerclas Principis Tillii; de Principe Montis Vadani, eius genere et gestis, de duce Aurelianensi et parentibus eius, de ceremoniis Papae in consecrandis vexillis usitatis de urbe regina Hispanorum, Mantua Carpetanorum et locis suburbanis, ubi per aestatem regio familia degit. / die 30 De IV. Pagis defensoribus Rapersvillae in Helvetia, et de occasione, qua dicta urbs Pagis laudatis subiecta fuit, dixi. Exposui etiam, cur Graeci in Albania sub Turcis degentes Arnaudi vocentur. Egi porro de civitatibus maritimis Africae Algiero, Tuni et Tripoli; de Republica Ragusina, et car quotannis Vice-Regi Neapolitano XIII. falcones offerat. / die 3 Decembris recensui, quid collare rubrum Domino de Lee a Galliae Rege donatum designet; qua occasione dixi de vita et ordine Sancti Ludovici. De Auditore Rotae Caunicio, tum de institutione et Auditoribus Rotae Romanae in genere, eorumque conditione egi. Varia etiam curiosa de metalli fodinis Hungaricis, Chemnitio, Cremnitio, Neosolio, Altzolio, Libeteno etcetero earumque proventibus; de insula Ciduorum eiusque castello Comorra, de Altenburgo Hungarico, de insula Arrabonis, et de Iaurino attuli. / die 4 Locutus sum de Vilna metropoli Lithuaniae, vulgo Wilda / [v] / vocata; de Finlandiae situ, incolis, moribus et linguas de Careliae provincia; de Ingermanlandia, et quomodo a Moscicis ad Suecos devenerit, his vero a Czaro iterum nupere ereptas de Notemburgo et Petersburgo, statione navium Cazaricarum; de Tartaria Europae eius regimine et moribus et de Cirzensis, ubi monui et fusius deduxi ex his Mameluccos atque etiam Cigeunos ortos fuisse. / die 6 Tractavi de fano Sancti Venantii et Basseda de Principe Alerniensi, de urbibus Aldenardo et Bruxellis; de Duce Arenbergensi; de Marchione Merodio de Westerloo; de Comite Clarmontano, de duce Barcovicensi; de Moscorum iconolatria et Sanctis speciatim de Moscorum Patrono Sancto Nicolao, cui hic dies sacer erat. / die 7 De Sancto Petro de Alcantara et Ordine Equestri de Alcantara, de castro in Aprutio, cuius nomen Civitella del Frontro; de Duce Atriae eiusque familia; de festo Sancti Borromaei et Sancti ipsius vita; de monte Caballino Romae eiusque antiquitatibus de Pantheo veteri et recentiori, quod etiam Rotunda vocatur; de Ecclesia Sancti Iohannis Lateranensis, et Sella ibi perforata, eiusque usu locutos sum. / die 10 De scala sancta, quam Pontifex nuper genibus ascendit; de portu centum Cellensi, et de Gallis Pontificis; de urbibus Imola, Pauluccio, Tremoliensi, et de Principe Ursina Gubernatrice Reginae Gallo-Hispanicae, eius sorore, de portu Valentiae, Dianio, et de Guidone Starenbergio Generali Campi Marescalco Caesureo in Catalanico dixi. / die 11 De Parleamento Anglicano et eius origine potentiaque de insula Terranova et piscatione asellorum; et de insula Sancti Dominici sive Hispaniola tractavi. / [von anderer Hande geschrieben :] / die 13 de Controversia Regis Borussiae cum Coloniensibus egi, eaque occasione plura de iuribus et dignitatibus Residentium et Agentium, differentiaque horum a Legatis et Ablegatis ex historicis recentioribus protuli. / die 14 de notabili terrae motu, quo in Archipelago insula miraculose elata atque enata est, et de feliciatibus Serenissimae domus Brunsvico-Luneburgicae per annum elapsam dixi. / Ioannes Georgius Eccardus Historiarum in Academia Iulia Professor Ordinarius

Zeitraum	31.12.1708–22.03.1709
Text	<p>Lectiones Historicae anni 1709 Per menses Ianuarium Februarium et Martium / Ante diem 18 Februarii ob horam matutinam incommodam, et frigus intensissimum lectiones habere non potui. / Die vero 18 Februarii dicto perrexi in Novellis explicandis et de vitis PP. de la Chaise et de la Rue Jesuitarum, Chamillardique Ministri Reg. Galliae notabilia quaedam protuli. / Die 19 Februarii Historiae Portugallicae potiora momenta recensui, familiamque iam regnantis Regis ostendi. / Die 21 De Insula Melitensi et Ordine Equestri Iohannitico de Principum Praestinatorum familia et de Barbarinis egi. / Die 22 Doloredi die Delphino Galliae et huius liberis mortuus [?] Cardinal Coloredi dixi. / Die 25 Varia Hispanica attigi, explicavique, quid sit consilium cruciatae. / Die 26 Historiae Confoederationis Helvetici compendium dedi. / Die 28 De Alpibus egi, de Ducum Holsatiae origine et variis lineis, et de emortui [?] ducis Holsatici controversiis cum Rege Daniae, item de Batavorum Societate Indica. / [v] / Die 1 Martii de Alonis castello vinoque Alonico, de Ducibus Albae, de gestis et morte Comitis de Avaux, de Insulis Aoliis, et de Principum Nasaviorum historiâ selecta depromsi. / Die 4 Perrexi in eadem materia et insuper Principum Hassicorum stemma consideravi. / Die 5 De Ludovicae Hollandinê Abbatissa de Maubuisson morte, eaque occasione de eius patre Friderico V Rege Bohemiae et Elect. Pal. eiusque liberis tractavi. / Die 7 De festo in Anglia die decollationis Caroli I. Regis Britanniae eiusque causis egi. / Die 8 De Alsatia terrisque et locis ad eam pertinentibus, et quomodo in Regis Galliae potestatem venerint, dixi. / Die 11 Historiam trium Episcopatum Mediomatrici, Virduae et Tulli dedi. De Comitatu Ruscinonensi et castello Pinarolii tractavi. / Die 12 De Artesia, Hannoniaque et ducatu Lucemburgico dixi. / Die 14 De controversiis Papam inter et Imperatorem disserui, causasque earum indicavi. / Die 15 In eadem materia perrexi et pacis tractatum nuperum inter Imperium et Papam consideravi. / Diebus 18 et 19 Erant nundinae. / Die 21 De gestis et morte Principis Contiaci, eiusque parentibus, de familiis Monte cuculorum / [14r] / et Auriorum, et de principatu Palliano et oppido Sermonette quaedam protuli. / Die 22 de Ducatu Urbinate, de Comitibus Sintzendorfiis, de Bulgariae urbe Sancta Sophia et de pallio Archiepiscopali, modoque illud conferendi egi. / Johann Georgius Eccardus / Historiarum Professor Publicus Ordinarius</p>
Quelle	37 Alt 2538, Fol. 13 f.
Zeitraum	29.10.1709–29.12.1709
Text	<p>LECTIONES HISTORICÆ PER MENSES Octobrem, Novembrem, Decembrem 1709 / Die 29 Octobris Lineamenta Historiae Germanicae ducere incepti, quae Programmata de antiquissimo Helmstadii statu conscripto indicaveram, et quidem post praefationem de usu harum lectionum, dixi de divisione Historiae Germanicae in antiquam, mediam, et recentiore / Die 31 Octobrem et Dies 4 Novembrem De Scriporibus Historiae Germanicae Universalis dixi / Die 5 Novembris De Scriptoribus Historiae Germanicae antiquae egi / Diebus 7 et 8 Recensui qui de religione et Diis Germanorum item de moribus eorundem scripserunt / Die 12 Enarravi varias Germanorum gentes et qui de iis Scripserunt Autores / Diebus 14 [et] 15 Populos Germaniae qui Imperium Romanum olim invaserunt nominavi additis Autoribus; qui</p>

	<p>eorundem gesta literis consignârunt / Diebus sequentibus erant nundinae oppidanae / Die 19 Speciatim de Saxonibus et Thuringis agentes Scriptores veteres dedi / Diebus 22 et 25 Historiam mediam paucis descripsi, et de stylo corrupto Scriptorum huius aevi disserui / Die 26 Glossographos et eos qui de criteriis Manuscriptorum tractarunt, exposui / Diebus 28 [et] 29 De re diplomatica et Scriptoribus huc spectantibus egi / [v] / Die 2 Decembris Scriptores de Sigillis, Monogrammatibus, et nummis medii aevi dedi / Die 3 Si qui leges Germanorum ediderunt varias ut et acta publica, commemorati sunt / Die 5 De Geographia medii aevi et divisione terrarum in pagis egi, et autores qui huc pertinent meliores commendavi / Die 6 De Chronologis et Chronologia medii aevi variisque computandi apud nos rationibus tum usitatis locutus sum / Die 9 De editoribus Scriptorum medii aevi dixi / Die 10 Praecipuos Historicos qui seculo V, VI, VII, VIII et IX vixerunt, enumeravi / Diebus 12 et 13 Historicos secundum XII et XIII enarravi et tandem / Die 17 Historicos secundum XIV et XV expendi / Sequebantur Feriae Natalitiae / Johann Georgius Eccardus Historiarum Professor Publicus</p>
Quelle	37 Alt 2538, Fol. 15
Zeitraum	14.01.1710–28.02.1710
Text	<p>Lectiones Historicae per menses Ianuarium, Februarium, et Martium 1710 / Die 14. Ianuarii perrexi in recensendis Scriptoribus Historiae Germanicae recentioris. / Diebus 16 et 17 eidem negotio impendi. / Die 20 recensui breviter rationes, propter quas Imperium Germanicum vulgo dicatur Romanum. / A die 21 Ianuarii ad diem 10. Februarii praecipua historiae Romanae momenta per Caesarum seriem ad Augustulum Imperatorem usque consideravi et antiquorum Germanorum sub iis gesta exposui. / Diebus sequentibus huius mensis de causis ruinae Imperii in occidente, et de gentium Germanicarum migrationibus egi, ubi fusius de originibus et gestis Gothorum, Vandalorum, Burgundiorum, Longobardorum, Francorum, Saxonum et ceterorum dictum / Mense Martio de translatione imperii ad Francos de gestis Caroli Magni divisione regnorum inter filios, variisque hinc ortis dissidiis, de regno Austrasiae, de gestis item Imperatorum et Regum Germanicorum Ludovici Pii, Lotharii, Ludovici, / [v] / Germanici et posteriorum eius, Ludovici II, Imperatorum Caroli Calvi, Caroli Crassi, Arnulphi, Conradi I, et Henrici Aucupis egi. Evolvi quoque Regum Italiae post Carolum Crassum seriem, et causas translati ad Saxones regni ex scriptoribus authenticis dedi. / Edidi Programma de Antiquissimo Helmstadii et vicinia statu, et horas subsecivas impendi editioni Tomi tertii Scriptorum Brunsvicensium qui Helmstadii imprimitur. In universum quoque Helmstadii imprimitur. In universum quoque opus hoc Scriptorum Brunsvicensium indicem confeci et ordinavi. / Iohannes Georgius Eccard / Historiae Professor Publicus Ordinarius</p>
Quelle	37 Alt 2539; 37 Alt 212 H.2, 17; 5
Zeitraum	13.10.1710–30.11.1710
Text	<p>Lectiones Historicae per ultimos Anni 1710 menses / Die 13 et 14 Octobris. Perrexi in Historia Imperatorum et egi de gestis Lotharii Imperatoris / die 16 Conradi III res explicavi / die 17 de Gibellinorum et Guelforum origine et turbis, quarum causae existere, dixi. / diebus 20 et 21 de Friderico Barbarossa / die 23 de Expeditionibus cruciatis in terram sanctam. / die 24 de</p>

Friderici controversiis cum Papis et reconciliatione eius cum Alexandro III. tractavi, ubi fabula de calcato per Papam Friderici collo refutata. / die 27 de statu regnorum Germaniae finitimorum tempore Friderici Barbarossae locutus sum / die 28 de Henrico VI eiusque gestis egi. / die 30 Erat disputatio inauguralis. / die 31 de regno Siciliae et Neapoleos item de initiis Ottonis IV. / die 3 Novembris de Ottone IV. eiusque fatis. / die 4 de Friderici II. rebus dictum est. / die 6 de Conrado IV. Manfredo et Conradino Regibus Romanorum et Siciliae, interituque familiae Gibellinae. / die 7 de regno Siciliae et Neapoleos ad Arragonios et Austriacos delato, de turbulentis item imperii Germanici temporibus, Richardoque et Alfonso Imperatoribus tractavi. / die 10 statum vicinorum Germaniae regnorum post obitum Friderici II consideravi. / [v] / die 11. Wilhelmi Hollandi, Heinrici Thuringi, Richardi et Alphonsi Imperatorum gesta enarravi, et obiter ostendi occasionem qua fabula de libro de tribus impostoribus orta est. / die 13 de magno interregno et malis sub illud enatis, deque mutatione plurimarum in imperio rerum inde derivanda. / die 14 de Rudolphi Habsburgici familia et rebus praeclare gestis. / die 17 in eadem materia perrexi. / diebus 18,19 [et] 20 erant nundinae. / die 21 Res Italicas sub Rudolfo eiusdemque Imperatoris ultima exposui. / die 24 de Adolpho / die 25 de Alberto et de origine discessionis Helvetiorum ab imperio, deque Henrici VII actis. / die 27 de Henrici VII morte, Scriptoribus huc spectantibus et initiis Ludovici Bavari dictum / die 28 reliqua Ludovici Bavari enarravi. / Per mensem Decembrem ob horam matutinam incommodam, tenebrasque sub quibus Commilitones somno potius quam Lectionibus vacandum esse duxerunt, Lectiones publicas habere non potui. / Iohannes Georgius Eccardus / Historiae Professor Publicus Ordinarius

Quelle 37 Alt 2539; 37 Alt 212 H.2, 18; 6

Zitierhinweis

Prof. Johann Georg (von) Eckhardt. In: Wissensproduktion an der Universität Helmstedt. Forschungsportal zur frühneuzeitlichen Universitätsgeschichte. Hrsg. von der Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel. 2010–2013. Relaunch 2026. Permalink: <https://uni-helmstedt.hab.de/prof-56-eckhardt> [06.07.2026]